



Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Lvdovici Caroli II. Regis Siciliæ Filii, Ex Ordine
Minorvm Episcopi Tolosani Vita**

Sedulius, Henricus

Antverpiæ, 1602

Cap. IV. In periculo mortis prodigiosè à morte seruatus, mundo nuncium
remittit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42834

sum ad maiora seruabat, amplius probare & grauioribus molestiis exercere: ut variis tun-
sionibus perpolitus, formaretur in vas pre-
tiosum & electum. Quamobrem in arce ^{Morbo} Suranâ grauissimo morbo correptus, puru-
lentum & tinctum fœdo criore phlegma
cœpit eiicere, vt medici læsum pulmonem
suspicati sint. Ingrauescebat morbus in dies
magis magisque, sed maximè pridie Purifi-
cationis B. Mariæ virginis: adeò vt catharri
grauedine propemodum suffocaretur. Tunc
ad se rediens, vouet Deo pro salute, B. Mariæ
virgini matri, S. Patri Francisco, vitam & in-
stitutum Fratrum Minorum, seque in eo,
quoad viueret, perseueraturum. Voto reua-
luit, & patrocinio Sanctorum. Nec oblitus <sup>Voto sus-
cepto sa-
natur.</sup>
beneficij fuit: sed proximâ Pentecoste, Spi-
ritu sancto adflatus, summo manè in æde ar-
cis, ad memoriam B. Dei genitricis exstrœctâ,
quod secum tacitè promiserat, ad altare Do-
mini, apertè renouans, manifestè seipsum ob-
tulit Domino gratissimam oblationem &
holocaustum; consultius esse ratus Deo dari,
quàm sibi relinqui.

CAPUT IV.

In periculo mortis prodigiosè à morte seruatus,
mundo nuntium remittit.

ANIMI remittendi gratiâ, cùm ei copia
facta fuisset, & Roberto fratri, postea
Siciliæ regi, equis, armis, cursu & congressu

B 4 excr-

exercitari: assensus est vel in fratribus gratiam; quem oblectabat eiusmodi lusio: Spectantibus omnibus; subito equus Ludouici magnus & fortis labitur: atque in ipsum resupi-

et in equo pericula osse cadi, sed illas. num, tertio se supinus equus rotans circumagit, magno & quasi praesenti vitae Ludouici discrimine. Territis cunctis & consternatis, nec nisi mortem illius cogitantibus, surgit Ludouicus praeter omnium expectationem illas: & puluerem extergens, periculo fuit liberatus. Mirabantur omnes magnum hoc miraculum; Deo facti supplices; qui nouit suos, cum expedierit in periculis conseruare. Ipse vero, ut se recepit, secum altius considerabat rerum humanarum imbecillitatem, & summam Dei clementiam in nostrâ tutelâ: ruminans illud regij prophetæ; *Fallax equus Ps. 32. ad salutem: in abundantia autem virtutis sue 17. non saluabitur. & Non in fortitudine equi voluntatem habebit; nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.* Beneplacitum est Domino superstinentes eum, & in eis qui sperant super misericordiam eius. Toto igitur corde ad Deum conuersus, militiam relinquere cogitas, spernere incepit pompam mundi, Christo Domino qui solus habet, & dat immortalitatem, obsequi firmius proponens, statuit ex illâ horâ, nullo post tempore, equitare in equo, nec arma gestare. quod ipsum quoad vixit, diligenter obseruauit. Nam etiam Episcopus, semper memor humilis Pontificis, & pauperis regis Domini nostri Iesu Christi, asello olim

Spernit
mundi
pompam.

olim vecti in urbem Ierusalem, nunquam in equo, sed vulgari mulo equitare voluit. Prae-clara res & amabilis, modestia & humilitas: in paupere grata, in potente meritò gloria prædicatur.

C A P V T V.

*A*ffiduuſ fuit, & attentissimus in precibus die noctuſ: à quibus eum diabolus deterrere conatur.

HÆc initia puerilis libasse pietatis sat est: sequitur ut ad ceteras virtutes eius, sed priùs ad orandi studium, quod Christiani hominis sempiternum opus esse debet, trans-eamus. Igitur lumine Spiritus sancti animo illustrato, didicit mentem piam, cælesti sponso affiduo precandi studio coniungi. Quapropter vehementer desiderans, salutari frui complexu Iesu Christi dilecti sui, magno opere conatus est illi se totum orandi perpetuitate, tum publicè, tum priuatimi, consecrare. Etenim adhuc laicus pensum diuini officij, diurnum pariterque nocturnum, ex more Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, studioſissimè Domino quotidie persoluebat: molestè ferens & seuerè arguens, si quos in praecando videbat properare nimium, aut quis modo diuinum illud opus inturbaret. Psalmos legebat miro ferore, animo adeo intento, tanquam ipsum Deum præsentem.

B s intue-

Preces
eius quo-
tidiana.

Et in ei
finito.